

DECRETA  
PROVINCIAE

MEDIOLANENSIS  
SUB CAROLO BORROMEO,  
CARDINALE ARCHIEPISCOPO,

*Diuersis temporibus in sex Concilijs totidemq; voluminibus edita.*

A CAESARE SPECIANO EPISCOPO

CREMONENSI

*Ex Decretis maioribus & minoribus*  
Iuxta illius sancti Cardinalis & Archiepiscopi mentem ad instar Decretalium.

GREGORII PAPAE NONI,  
in vnum codicem collecta.

His accesserunt nonnullae Constitutiones diuersorum Sancti Pontificum Romanorum scitu maximae necessariae, & praesertim illae, de quibus in iisdem Decretis fit mentio.  
Quarum index initio statim post titularum Indicem habetur.

Rerum omnium quae in hoc volumine continentur locupletissimo Repertorio in fine adiecto.



Don Ger<sup>m</sup> - -

de Costanzo



BRIXIAE, Apud Societatem Brixianam.

MDCCV.

Cum consensu Superiorum.

# CAESAR SPECIANVS

DEI ET SANCTAE SEDIS  
APOSTOLICAE GRATIA  
EPISCOPVS CREMONEN.

AC SANCTISS. D. N. D. CLEMENTIS,  
diuina prouidentia Papæ Octauī,

Et dictæ Sedis apud Sereniss. Principem Rodolphum I I. in Impera-  
torem electum cum facultate legati de latere  
Nuncius;

*CAPITULO ET CLERO CIVITATIS ET DIOEC.  
nostræ salutem, & perpetuam felicitatem in eo qui  
est vera salus.*



VE MADMODVM sine sole, etiam si cæte-  
ra sidera extitissent, tenebræ perpetuæ or-  
bem vniuersum obruissent; ita Prouincia  
nostra Mediolanensis his temporibus, quã-  
uis multis sacerdotibus, & dignitatis amplitudine, & vi-  
tæ sanctitate præstantibus, abundaret, tamen sine excel-  
lenti ac prope diuina Caroli Borromei viri Clarissimi, &  
Cardinalis Sanctissimi, quem tanquam Patrem semper  
colui, virtute, ad veram perfectamq; antiquæ ecclesia-  
sticæ disciplinæ cognitionem nūquam peruenisset. Nam  
siue doctrinã spectemus, qua ducimur ad intelligēdum,  
siue mores, doctrinæ præceptis conformatos, quibus ad  
bene agendum impellimur, vtraq; re ille sic excelluit, vt  
solus inter clarissima prudentiæ, & pietatis lumina, luce-  
re videretur. Nunc diuinum Antistitem, quia viuum a-



# DE SVMMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA.

Liber primus. Tit. primus.

## CAP. PRIMVM.



**P**RIMA, & maxima Pastorum cura versari debet in  
ijs. quæ ad fidem catholicam, quam Sancta Romana Ec-  
clesia colit, & docet, & sine qua impossibile est place-  
re Deo integre, inuiolateq; conseruandam pertinent:  
ideo nos hinc potissimum exordiendum esse duximus,  
vt, quæ ex eodem spiritu est fides, eandem vna oris  
confessione profiteamur.

Heb. 11.  
inter i-  
nitia.

Quicumque beneficiatus in prima synodo professionem  
fidei emittat. CAP. II.

**S**ACRI igitur Tridentini Concilij, & constitutionis Pij Quarti au-  
thoritate innixi mandamus, vt omnes ij, qui beneficia Ecclesiasti-  
ca obtinent, vel in posterum obtinebunt, & qui in Synodum Dia-  
cesanam conuenire debent, in ea synodo, quæ primo quoq; tempore ce-  
lebrabitur, si prius eam non emiserint professionem fidei emittant ex for-  
mula ab eodem Pio Quarto præscripta.

Sess. 24.  
c. 12. de  
refor.  
Bulla I-  
dib. No-  
uemb.  
1564. in  
ter eius  
cõstitu-  
tiones  
in Bulla  
rio nu.  
114. fo.  
832.

Canonici, & alij qui professionem fidei emittant. Parochi item  
Episcopo ludi magistrōs deferant.

## CAP. III.

**E**PISCOPVS Constitutionem eiusdem Pij Quarti de professio-  
ne fidei facienda ab ijs, qui de beneficijs curatis, & Canonicatibus

A prouise

CONSTITUTIONES  
ALIQVAE SVMMORVM  
PONTIFICVM.

QVARTVM MENTIO SVPRÆ  
*fit locis suis.*

BVLLA S. D. N. D. PII, DIVINA PROVIDENTIA  
Papæ Quarti. Super ordinatione, & promotione Doctorum, & aliorum  
cuiuscumque artis, & facultatis professorum de cetero  
obseruanda.

Pius Episcopus, seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei  
memoriam.



**I**N Sacrosancta Beati Petri principis Apostolorum Cathedra, me-  
ritis licet imparibus, hisce procellosis militantis Ecclesiæ tempe-  
statibus constitutos, plurimum nos oportet esse sollicitos, vt Do-  
mini gregem, curæ nostræ commissum, non solum ab apertis ra-  
paciū luporū vndequaue caulis obstrepentium insultibus, sed  
etiam à magis formidolosis pestiferarum vulpecularum domilati-  
tantium insidijs, per prouidū pastoralis officij ministerium, ipso  
Domino cooperante, præseruemus; ac illis omnes nocendi occasiones, quantum  
cum Deo possumus, vbilibet auferamus. Cum itaque iuxta notū Sanctissimi Va-  
tis oraculum, Timor Domini, sine quo vera Religio, & Catholicæ fidei puritas nul-  
libi reperitur, sapientiæ sit initium; & qui, vel in scientijs proficere, vel eas alios  
docere parant, supremum illum sapientiæ parentem, benignūq; largitorē deuoto  
sane fidei obsequio demereri, veraq; sinceræ Religionis pietate sibi conciliare de-  
beant. Idcirco hanc Fidei puritatem scientijs, doctrinisq; quibuslibet tum traden-  
dis; tum addiscendis, tanquam necessariā basim, constituere; & ne simplicia non-  
nullorum adolescentium, res nouas audiendis cupidorum, ingenia in naufragos  
blandientium hæresum scopulos imprudenter impingant occurrere cupientes.  
Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine;  
quod deinceps nullus Doctor, Magister, Regens, vel alius cuiuscumque artis, & fa-  
cultatis professor, siue clericus, siue laicus, ac sæcularis, vel cuiusuis ordinis regu-  
laris sit, in quibusuis studiorum generalium Vniuersitatibus, aut Gymnasijs publi-  
cis, aut alibi ordinariam, vel extraordinariam lectoris Cathedram assequi, vel iam  
obtentam retinere, seu alias, Theologiam, Canonicam, vel Ciuilē censuram, Me-  
dicinam, Philosophiam, Grammaticam, vel alias liberales artes, in quibuscūq; Ci-  
uitatibus, Terris, Opidis, ac locis, etiam in Ecclesijs, Monasterijs, aut Conuentibus  
Regularium quorumcunque publice, vel priuatim quoquomodo profiteri, seu le-  
ctiones aliquas in facultatibus huiusmodi habere, vel exercere: neque Doctores  
ipsi, aut Vniuersitatum, seu Gymnasiorum eorundē Rectores, Cancellarij, vel alij  
superiores, sed nec etiam Palatini Comites, aut alij particulares facultatem eru-  
ditos viros ad eosdem gradus promouendi, etiam à nobis, & Apostolica Sede, vel  
alias vndecumque habentes, scholares, tam laicos quàm clericos, & cuiusuis ordi-  
nis regulares, vel alios quoscumque quantalibet eruditione præditos, ad vllum gra-



# INDEX

## EORVM COPIOSISSIMVS,

### QVAE IN HOC VOLUMINE

### CONTINENTVR.

#### A



**ABBATIBVS**, & alijs etiam baculi, & mitræ iure vtentibus, primam tonsuram, vel minores ordines conferre non licet, nisi regularibus

sibi subditis, vel de licentia proprj Episcopi, aut superioris, quæ tamen non concedatur nisi Abbatibus Sacerdotibus, & Benedictis. De temp. ord. c. 44. fo. 51.

**Abolutio à iuramento quando, & qualiter concedenda.** De iureiurand. c. 8. fo. 127.

**Acoluthi officium in Ecclesia quale.** De offic. Acol. c. 1. fo. 65

**Acoluthi, vt ad Comitatum Episcopi restituantur, ipse curet Episcopus,** d. tit. cap. 2. fo. 66

**Ad Capellas, & Altaria construenda, vel ornanda, & ad illis prouidendum de omnibus necessarijs rebus, eos ad quos spectat, pro ratione reddituum, qualiter compellat Episcopus.** De Eccl. edifican. c. 16. fo. 392. vel etiam per subtractionem seruitiorum prouideat. c. 17. 392

**Administrator, vel Rector Hospitaliũ, aut aliorum piorum locorum, eorum**

bona ad afflictum non conducat, nec emat, in emphyteusimæ accipiat. De religiof. dom. c. 8. fo. 281. eorumdem locorum pecunia nemini mutuo datur, nec ipsi rectori, alioquin pœnam subeat Rector priuationis officij, & excommunicationis. d. tit. c. 9. 281

**Administratio bonorum beneficij minoris clerici, nemini, etiam sibi coniunctissimo siue scripto Episcopi concessu, committatur.** De cat. & qual. ord. c. 7. 12

**Aduocati, & procuratores S. Inquisitionis, ante factam fidei professionem, aditum, aut locum vllum non habeant.** De Summ. Trin. c. 12. 4

**Aduocati, & procuratores iniquam causam defendentes, & aliàs publicè criminosi, fori Ecclesiastici auditorio, adituè interdicanur.** De procur. c. 1. fo. 124. Inferiores quoque ministri, in Christianæ vitæ officijs contineantur, ibidem.

**Aduocati causidici fiscales, ad causas in foro Ecclesiastico, ne adhibeantur priusquam iureiurando Episcopo promiserint, se iniustam causam non suscepturos.** De Postul. c. 1. 128

**Aduocatorum, & procuratorum malitia, ab Episcopo, inflictis pœnis, coer-**